

De vetustatis depositione. Cap. i.

Deponendus est scdm apostolum vetus homo
 et induendus est nouus quod pfecte implent
 qui transitorijs abdicatis non solum peccata veru
 etiam occasiones fugiunt peccatoru veteriqz ferme
 to per puram confessionem plenus expurgator in vi
 te nouitate perfecta soli preeligiunt domino militare
CIn odore igitur vnguentorum christi per compen
 diosam et tantam sacre religionis semitam currere
 cupientes p̄s rerum temporalium fasciculos depri
 mentes abijciant. vt ab omni tam possessione qz cu
 ra penitus expediti. christuz dominu expeditre sequa
 tur et no sint ei tēptationis occasio vel ruine. **C**ad
 si ante religionis ingressum no fuerint expediti: post
 ingressum saltem expeditionem huiusmodi per alias
 personas: vel per litteras iuxta superioris arbitriu
 q̄ta potest acceleratione pcurēt. no expectatis opoz
 tunitatibus: aut vilitatibus deceptorijs quas fre
 quenter dyabolus sub specie pietatis suggerit. **S**um
 ma sit eis vilitas: vilitates huius mundi: contēne
 re propter xpm iuxta verbum sancti hieronymi. Ne
 mo renunciaturus seculo bene potest vendere que cō
 tēpsit vt videret. si habes inquit in potestate rē tuaz
 vende: si non habes p̄sice. totum vero dedit qui seip
 sum obtulit. **P**ost religionis ingressum continuo de
 bent confessioni faciende vacare: et de omnibus que
 in seculo a pueritia commiserunt ad memoriā quam
 tū poterunt studiosa sollicitudine reuocatis ḡnialiter
 cōfiteri. **H**aboz namqz confessio: initium est bonoz
Ordinis ergo status reijcit res atqz reatus.

De constantia mentis et cautela contra tenta
 tiones dyabolicas. Cap. ii.
 A. iij.

Quoniam autem pharaon persequitur israeli-
tiam et contemptus surgit in scandala nunc
aperte nunc occulte sub specie boni periculosus tem-
ptatio faciant quod scriptum est. **F**ili accedes ad ser-
uitutem dei sta in iusticia et timore et prepara ani-
mam tuam ad temptationem. **S**olent precipue vi-
res temptationi prebere fluctuatio mentis circa pro-
positum ingressure: vel ingressu religionis: tarda te-
piditas repulsio et delectio spiritus desolati. **E**t pro-
pter imprimis in proposito sancto cor suum omnino
stabiliant et conformant ne velut harundo diuersis
ventorum flatibus agitati vacillent. **O**ptimum est in-
quit apostolus gratia stabilire cor. **E**t prosper ait.
Quemlibet hominem donec se in eo quod elegit cer-
ta diffinitione confirmet velut in quodam delibera-
tionis incerte biuio constitutum disperpit ipsa diuersi-
tas voluntatum. **V**irtus inquit hortatur et prouo-
cat vt diffinitionis ambiguitate deposita ppositum
spiritali suscipiat perseveraturum se i suscepti labo-
re propositi non sua possibilitate: sed domini misera-
tionis confirmet. **C**ogitet quanti et quante potuerit
et possunt quod se posse desperat. **U**nde illi potuerit
inde se posse firmiter credat. **N**eminerit illud apo-
stoli. **F**idelis deus qui vocauit vos qui etiam faciet
et. **Q**ui sperant in domino mutabunt fortitudinem
current et non laborabunt: ambulabunt et non defi-
cient. **A**d hoc temptationum et cogitationum mala-
rum viriliter principijs: et absque mori dispendio est
obstandum. **Q**uod si earum insultus spiritum inque-
rent non solum familiaris confessor: verum etiam fra-
tres alij sentores sunt in adiutorium aduocandi: vt
vnius debilitas/multorum adiutorio sustentetur.